



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

245. An mulieres possint ingredi claustra regulariu[m], qua[n]do sit lotio pedum in die Iovis sancti, vel datur habitus, vel professio alicui Novitio, vel sepelitur defunctus absque metu censurarum? ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

RESOL. CCXLV.

An mulieres poſſint ingredi Clauſtra Regulariũ, quando ſit lorio pedum in die Iouis Sancti, vel datur habitus, vel profeſſio aliã Nouitio, vel ſepelitur defunctus abſque metu cenſurarum?

Et in his euentibus an poſſint fœmina intrantes ingredi Capellas poſitas in Clauſtro, quia hæ non ſunt officina ſecretæ? Ex p. 9. tr. 7. & Milc. 2. Ref. 5 2. alias 5 1.

Sup. hoc in Ref. præterita §. & licet, ſed lege eam à principio.

Quoad hoc ſupra in Ref. 24. lege doctrinam §. vit. & in ro. 5 tr. 1. Ref. 92. ſignanter in fine.

§. 1. **A**ffirmatiuè reſpondet Portel in *dubijs Regularium, verb. Clauſura Monachorum, n. 5.* vbi ſic ait: Poſſunt licitè intrare fœminæ clauſuram Monachorum, vel ſi quando intrant clauſuram, habetur fermo Prædicationis, vel ſit officium lotionis pedum in Ioue Sancto intra clauſuram: vel quando datur Habitùs, vel ſit Profeſſio Nouitij, ſi ſit conſuetudo fieri intra clauſuram, vel ſepelitur defunctus: & in his euentibus poſſunt fœminæ intrantes ingredi Capellas poſitas in Clauſtro, quia hæ non ſunt officina ſecretæ.] Ita ille.

2. Sed Bonacina de *clauſura*, q. 5. punct. 4. num. 10. & P. Lezana in *Summa, tom. 1. cap. 10. num. 12.* negant, mulieres poſſe ingredi, quoties quis intra Clauſtra admittitur ad Habitum regularem. Verùm in hoc caſu putat Pellizzarius in *Manual. Regular. tom. 1. tract. 5. c. 6. ſect. 2. n. 46.* poſſe dictas mulieres in Clauſtra admitti: quia, cum datur Habitùs alicui Nouitio, efficitur pia exhortatio, & recitantur preces, quæ veniunt nomine diuinorum Officiorum, de quibus loquitur Bulla Pontificis. Sed tu cogita.

RESOL. CCXLVI.

An pœna priuationis Officiorum, & inhabilitatis ad illa lata in Bulla Pij V. contra introducentes fœminas in Monasterium incurrat abſque iudicis ſententia?

Et notatur Generales, & Prouinciales Religionis poſſe diſpenſare in ſupra dictis pœnis non autem confeſſarium virtute Bullæ Cruciatæ.

Et an præter dictas pœnas introducentes fœminas in Monasteria incurrant ſuſpenſionem à Diuinis, & excommunicationem Pij V. Pontifici reſeruatam, de qua Episcopus etiam ſi ſit occultæ, non poſſit abſolueri, quod idem etiam dicendum eſt de Confeſſario virtute Cruciatæ? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 66.

Sup. hoc in Ref. leg. & in alijs eius primæ not.

§. 1. **A**ffirmatiuè reſpondet Sayrus in *clauſi Regia lib. 3. cap. 10. n. 35.* Bonacina de *clauſura* 10. 1. quaſt. 5. punct. 3. num. 2. iuncta quaſt. 1. punct. 4. num. 7. Merolla in *diſp. Theol. tom. 1. diſp. 1. cap. 2. diſp. 10. n. 255.* & alij penes ipſos, quia in Bulla ſupradicta imponitur dicta pœna non ſolum ipſo factò, ſed ſine alia declaratione, ergo.

2. Hæc opinio eſt probabilis, ſed ego probabiliorẽ negatiuam ſententiam exiſtimo, quam tuetur Sanch. in *ſum. tom. 2. lib. 6. c. 17. n. 39.* & illa verba *abſque alia declaratione*, intelligenda ſunt de declaratione pœnæ. Fundamenta huius ſententiæ adducit ipſe Sanchez *tom. 1. lib. 2. c. 22. n. 20. & c. 39. n. ult.* & ita intelligenda etiam eſſe exiſtimo ſimilia verba appoſita à Clem. VIII. in Bulla de largitione munerum, vt dogmæ adnotauit Soufa in *illius explicatione, n. 102.* & à Greg. XIII. in Bulla, quæ incipit, *dubia que emergunt contra Prelatos ingredientiẽs Monasteria Monialium*, vt tenet Suarez de *Relig. tom. 4. lib. 1. c. 7. n. 10.* cum alijs, & à Paulo II. in Extrauag. *ambitioſo, de rebus Eccleſiæ non alien.* notauit Henriquez *lib. 1. c. 56. n. 41.* Graffius in *decis. p. 1. lib. 2. cap. 11. n. 41.* & alij.

3. Notandum eſt tamen hic obiter, ſtando in præſentia ſententiæ, contra Graffium *p. 1. lib. 4. c. 23. n. 12.* poſſe Generales, & Prouinciales Religionum excommunicari, & diſpenſare in ſupradictis pœnis, & ita tenet Rodriguez *tom. 1. q. 24. art. 17.* non autem Confeſſarium virtute Bullæ Cruciatæ, quia dictæ pœnæ non ſunt cenſuræ.

4. Notandum eſt etiam hic præter ſupradictas pœnas, introducentes fœminas in Monasteria incurtere excommunicationem per Bullam Pij V. Pontifici reſeruatam, de qua ſecundum Riccium in *praxi tom. 1. reſol. 544. n. 5.* & alios, Episcopus, etiam ſi occultæ, non poſſet abſolueri, Sed contrarium dicendum eſt: puto cum Merolla *vbi ſupra, n. 527.* quæ ipſum citat in *tract. 2. Miſcellan. reſol. 35.* quod etiam dicendum eſt de Confeſſario virtute Bullæ Cruciatæ. Nam ſicuti Episcopus poſſet dictam excommunicationem abſolueri, ita incurrit etiam ſupradictam ſuſpenſionem à diuinis, de qua contra Sorbium *in compen. Priuileg. q. 1. ingreſſus Monasteriorum, num. 11.* & Rodriguez in *expoſitione huius motus, n. 34.* non loquitur ſemel, ſed toties, quoties poſſet Confeſſarius cum Bulla Cruciatæ abſolutionem impendere in foro conſcientiæ, etiam ſi cauſa fuerit deducta ad forum contentioſum, vt notat Merolla *vbi ſupra, n. 525.* & Sanchez in *ſum. tom. 1. lib. 6. c. 17. n. 41.* Sed ad illa tranſeamus.

RESOL. CCXLVII.

Quidam Regularis ex tranſgreſſione Bullæ Pontificiæ inciderat in priuationẽ vocis alicuius, & paſſiua, quærit, an teneatur in conſcientia petere diſpenſationem ante iudicis ſententiam?

Et an Prælati Regulares diſpenſare poſſint cum proprijs ſubditis ſuper priuatione vocis alicuius, & paſſiua, que Officiorum, Dignitatum, &c. nec non in inhabilitate ad ea, alijsque ſimilibus pœnis Eccleſiaſticis, que contrahuntur ex aliquo delicto ſub dictis pœnis prohibitis à Summis Pontificibus, vel alijs Regularijs Superioribus? Et quid, ſi hæc fuerint impoſita à Sacra Penitentiaria in pœnam cuiusdam delicti? Ex p. 1. tr. 6. & Milc. Ref. 47.

§. 1. **A**ffirmatiuè Theologus ex Societate reſpondit, & fatiſ quidem probabiliter, ſed ego ad hæc negatiuè reſponſioni, & adduxi Martinum de San Ioseph in *Regulam Sancti Franciſci cap. 16. n. 39.* vbi ſic ait: [Todas las vezes, que en nueſtra ley eſtatutos d en los Breues Apoſtolicos ſe pone pena de priuacion de oficio, y inhabilidad para tener otros, y otras penas ſemejantes, aunque la ley diga ſe incurran ipſo iure, d ipſo factò, nõ ſe incurren antes de la ſententia del juez, glosa ipſo iure in *adit. margin. in l. Lucius 47. §. tutela ff. de adminiſt. tutor. docet. Neque uar. in Manual. c. 23. n. 66.* cum Caietano, & Syluestro, Molin. de *Iuſt. tom. 1. tr. 2. diſp. 96. num. 8.* Granada *tr. 2. controu. 7. tract. 3. punct. 1. diſp. & ſect. 2.* Soula in *explic. Bullæ de larg. num. §. 9.* otros muchos, y aſſi me admiro de que Villalobos *1. p. tract. 2. dub. 25. num. 41.* ga, que ſolamente Soto eſt de eſta opinion, con que el ſe mouio à tener la contraria. Y lo miſmo ſe ha de notar dezit quando ipſo iure eſt priuado alguno por delicto del derecho de elegir: Sic Molina, & Malderus Episcopus Antuepienſis in *par. 2. quaſt. 96. art. 4. num. 4.* y aun añade la ley que pierdan el oficio, y ſcan in hábiles para otro ipſo factò, & ſine aliqua declaratione, ſe ha da interpretar, ſine declaratione ipſius pœnæ; però non ſine aliqua declaratione ipſius culpa. De manera que aun en eſte caſo eſt neceſſaria ſententia del Iuez, que declare el delicto. La razon de